



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendivm Totivs Tractatvs De S. Matrimonij
Sacramento R. P. Thomæ Sanches E Soc. Iesv**

Sánchez, Tomás

Coloniæ Agrippinæ, 1624

17. Cohabitare.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41559

leuantem, & parentem leuati dispensat raro,
existente urgentissimâ causâ, lib. 8. disp. 19. n. 7.
Petita in dispensatione cognitionis spiritua-
lis, ut subreptitia non sit, vide verbum Dispen-
satio.

Cohabitare.

1 Coniuges ex iure naturali, ac diuino tenē-
tur cōhabitare, quæ obligatio oritur ex ipsa
met contractus coniugalis natura, & talis co-
habitatio est homini naturalis, id est, ex natu-
rali inclinatione dimanans, l. 9. d. 4. n. 2. 3. § 4.

2 Coniuges possunt mutuo consensu esse
separati quoad thorum, dummodò legitima
ad sit causa; vt amor continentie seruandæ abs-
que periculo incontinentiæ. Secùs, quandò
ad est tale periculum, vel sit odio, & indigna-
tione, lib. 9. disp. 4. nn. 5.

3 Vir non potest diutius abesse, qualis autē
sit hæc diurna mora, relinquitur arbitrio
prudentis, consideratis absentiæ causis, & in-
continentiæ periculo. Nec valet statutum, aut
consuetudo, vt vir possit abesse ab uxore diu-
tius. Conceditur tamen viro diurna absen-
tia ex causa iusta, vt si sit ad bellum vocatus à
Principe, vel ad familiæ gubernationem, & re
familiarem tuendam. Et tenetur deferre mu-
licrem secum volentem illum comitari, quan-
do alicubi est diu habitatus, & sufficiunt
necessariæ expensæ ad transferendam uxorem.
Secùs, quandò statim redditurus, aut nullibi
notabilem moram facturus, sed ad varia nego-
tia

tia peragenda in diuersis locis tendit, l. 9. disp.
4. nu. 12. 13. & 14.

4 Coniux non tenetur habitare cum coniuge furioso, vel s̄apē ebrio cum periculo vitæ, vel quocumque alio, grauissimo, arbitrio prudentis. Secūs, quando non ex. stit tale periculum, & solū est molesta cohabitatio, & rixa, lib. 10. disp. 18. nu. 18.

5 Celebrato diuortio, authoritate iudicis Ecclesiastici, ratione s̄æuitiæ, aut furoris alterius coniugis, licet alteri, aut utriusque ad religionem, vel ordines sacros transire, quando sanus: cum illo non potest habitare absq; vitæ periculo, & nulla est spes redeundi ad pristinam mentem, vel saltem ad furorem sedandū, ut possit esse tuta cum illo habitatio. Secūs, quandō non desperatur reditus ad pristinum statum, & non diffiditur de remedio, l. 10. disp. 18. nu. 48.

6 Vxor non tenetur cohabitare cum viro habenti concubinam, etiam extra propriam domum, sine sufficienti cautione de expellenda ea, & amplius non admittenda, pœna apposita, si deficiat à fide præstata, lib. 10. disp. 18. n. 20.

Comædia.

1 Facere, componere, repræsentare, & audire comædias valdè turpes, ac ad venerem excitantes, peccatum est mortale. Secūs quando non sunt tales, libr. 9. disp. 46. nu. 42.

Compensatio.

1 Mutua coniugum adulteria compensatur quo: